

Ad Nonam. Añā.
Ecce Dominus noster.

Capitulum. Rom. 15. c.
Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo; ut abundetis in spe, et in virtute Spiritus sancti.

¶. br. Super te Jerusalem, * Orietur Dominus. Super. * Et gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria Patri. Super te. * Domine Deus virtutum converte nos. * Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

Ad Vesperas. Añā de Laudibus. Psalmi de Dominica. Capitulum. Hymnus. et S. Rorate, ut in li. Vesperis. 174.

Ad Magnificat. Añā.
Tu es qui venturus es, * an illum expectamus? Dicite Joanni quæ vidistis: Ad lumen redeunt cæci; mortui resurgunt; pauperes evangelizantur, alleluia.

Post Vesperas diei Vesp. Defunct.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum. Invit. et Hymn. ut in Dñica præc. 16.

Añā et Ps. Feria ij. 49.
De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 15.
Omnis Babylonis, quod vidit Isaia filius Amos. Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate ma-

num, et ingrediántur portas duces. Ego mandavi sanctificatis meis, et vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium: vox sonitus regum, gentium congregatarum.

¶. Súscepe verbum. 168.

Lectio ij.

Dominus exercituum præcepit militiæ belli, venientibus de terra procul, a summitate cæli: Dominus, et vasa furoris ejus, ut disperdat omnem terram. Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas a Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissolvéntur, et omne cor hominis contabescet, et conteretur. Torsiones et dolores tenebunt; quasi parturiens dolébut: unusquisque ad proximum suum stupébit, facies combestit vultus eorum.

¶. Laténtur cæli. 168.

Lectio iij.

Ecce dies Domini veniet, crudelis, et indignationis plenus, et ira furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, et peccatores ejus conterendos dea. Quoniam stællæ cæli, et splendor eorum non expandent lumen suum: obtenebrátus est sol in ortu suo, et luna non splendebit in lumine suo. Et

visitábo super orbis mala, et contra impios iniquitatem eorum, et quiescere faciám superbiam infidelium, et arrogantiam fortium humiliábo.

¶. Aliéni, 168.
Ad Laudes. Añā et Psalmi Feria ij. 60.

Capitulum. Isaia 2.
Venite, et ascendamus ad montem Domini, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exiit lex, et verbum Domini de Jerusalem.

Hymnus. En clara vox, et S. Vox clamantis. 179.

Ad Benedictus. Añā.
De cælo veniet * Dominator Dominus, et in manu ejus honor et imperium. *Deinde Preces. 65.*

Oratio. Excita. 179.
Hodie Offic. Defunct.

Ad Horas. Añā de Laud. Dñica præcedentis. Capit. R. br. et alia ut in Psalterio, nisi quod in R. br. ad Primam loco S. Qui sedes, dicitur S. Qui venturus es in mundum.

Ad Vesperas. Añā et Psalmi de Psalt. 135.

Capitulum. Genes. 49. b.
Nox auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio Gentium.

Hymn. Creator, et S. Rorate cæli desuper. 174.

Ad Magnificat. Añā.

Ecce veniet Rex * Dñus terra; et ipse auferet jugum captivitatis nostræ.

Deinde Preces. 157.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 11.

Prope est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur. Miserébitur enim Dominus Jacob, et eliget adhuc de Israel, et requiescere eos faciet super humum suam, adjungétur advena ad eos, et adherébit domui Jacob. Et tenebunt eos populi: et adducet eos in locum suum: et possidebit eos domus Israel super terram Domini in servos et ancillas: et erunt capientes eos qui se céperant, et subicient exactores suos.

¶. Montes Israel. 169.

Lectio iij.

Et erit in die illa: cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo, et a concussione tua, et a servitute dura, qua ante servisti: sumes parabolas istam contra regem Babylonis, et dices: Quomodo cessavit exactor, quievit tributum? Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indignatione, plaga insanabili, subicientem in furore gentes, persequentiæ crudeliter.

¶. Erumpant. 170.

Lectio iij.

Quomodo cecidisti de caelo licifer qui mane oriebáris? corruisti in terram, qui vulnerábas gentes? Qui dicebas in corde tuo: In caelum concédám, super astra Dei exaltádo solum meum, sedébo in monte testaménti, in latéribus Aquilónis. Ascéndám super altitúdinem núbium, similis ero Altíssimo. Veritátem ad inférnum detrahéris in profúndum lacu.

¶ Ecce ab Austro. 170.

¶ Ad Benedictus. Añá.

Super te * Jérusalem oriétur Dóminus, et glória ejus in te videbitur.

¶ Ad Magnificat. Añá.

Vox clamántis * in deserto: Paráte viam Dómini, rectas facíte sémitas Dei nostri.

FERIA QUARTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. 16.

EMITTE Agnum Dómine Dominátorem terrae, de Petra desérti ad montem filiae Sion. Et erit: Sicut avis fugiens, et pulli de nido avolantes, sic erunt filia Moab in transscénsu Arnon. Ini consilium, coge consilium, pone quasi noctem umbram tuam in meridie: absconde fugientes, et vagos ne prodas. Habitábunt apud te prófugi mei: Moab esto latibulum eórum a facie vastatóris.

¶ Rex noster. 170.

¶ Lectio ij.

FIRMS est enim vulvis, consummátus est miser, defécit qui conculcábat terram. Et preparábitur in misericórdia solum, et sedébit super illum in veritate in tabernáculo David, iudicans et quarens iudicium, et veldéciter reddens quod justum est. Audívimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia ejus et arrogántia ejus, et indignatio ejus plus quam fortitúdo ejus.

¶ Ante multum. 171.

Lectio iij.

Incano ululábit Moab ad Moab, univérsum ululábit: his, qui lætántur super muros coeti láteris, loquímmini plagas suas. Quóniam suburbána Héscobon desérta sunt, et vineam Sábama domini géntium exciderunt: flagélla ejus usque ad Jaser pervenerunt: erraverunt in deserto, propágines ejus relictae sunt, transiérent mare.

¶ Ecce Dóminus. 178.

¶ Ad Benedictus. Añá.

Ecce ego mitto * Angelum meum, qui preparábit viam meam ante faciem tuam.

¶ Ad Magnificat. Añá. ¶ Sion renováberis, * et videbis justum tuum, qui ventúrus est in te.

FERIA QUINTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. 19.

Onus Egypti. Ecce Dóminus ascéndet super nubem levem, et ingre diétur Egyptum, et commovebúntur simulácula Egypti a facie ejus, et cor Egypti tabescet in médio ejus. Et concúterre faciam Egyptios advérsus Egyptios: et pugnábit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum: civitas advérsus civitatem, regnum advérsus regnum.

¶ Jérusalem. 175.

Lectio ij.

ET dirumpétur spiritus Egypti in visceribus ejus, et consilium ejus præcipitábo: et interrogábunt simulácula sua, et divinos suos, et pythónes, et ariolos. Et tradam Egyptum in manu dominiórum crudélium, et rex fortis dominábit eórum, ait Dóminus Deus exercituum. Et aréscet aqua de mari, et fluyius desolábitur, atque siccábitur. Et deficient flumina: attenuabúntur, et siccabúntur rivi aggerum.

¶ Ecce Dóminus. 176.

Lectio iij.

SULTI principes Táneos, sapientes consiliárii Pharaónis decérunnt consilium insipientis. Quómmodo dicéti Pharaóni: Fi-

lius sapiéntium ego, filius regum antiquórum? Ubi nunc sunt sapiétes tui? annúntiati tibi, et indécit quid cogitáverit Dóminus exercituum super Egyptum. Stulti facti sunt principes Táneos, emarcuerunt principes Ménpheos, decéperunt Egyptum, ángulum populórum ejus.

¶ Civitas. 176.

¶ Ad Benedictus. Añá.

Tu es qui ventúrus es * Dómine, quon expectámus, ut salvum faciámus populum tuum.

¶ Ad Magnificat. Añá.

Qui post me véniet, * ante me factus est: cujus non sum dignus calceménta sólvete.

FERIA SEXTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. 21.

ECCE Dóminus dissipábit terram, et nudábit eam, et affliget faciem ejus, et disperget habitatóres ejus. Et erit sicut populus, sic sacerdos: et sicut servus, sic domínus ejus: sicut ancilla, sic dómina ejus: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fenerátor, sic is qui mútum accipit: sicut qui répetit, sic qui debet. Dissipatióne dissipábitur terra, et direptione prædábatur. Dóminus enim locútus est verbum hoc.

¶ Ecce véniet. 176.

Lectio ij.
Luxit, et delluxit terra,
 et infirmata est: des-
 fluit orbis, infirmata est
 altitudo pópuli terræ. Et
 terra infæcta est ab habi-
 tatoribus suis: quia trans-
 gressi sunt leges, muta-
 verunt jus, dissipaverunt
 fœdus sempiternum. Propter
 hoc maledictio vorabit
 terram, et peccabunt
 habitatores ejus: ideòque
 insaniunt cultores ejus,
 et relinquuntur homines
 pauci. *Sicut mater. 177.*

Lectio iij.
Luxit vindemia, infir-
 mata est vitis, inge-
 muerunt omnes qui læta-
 bantur corde. Cessavit
 gaudium tympanorum,
 quievit sonitus lætantium,
 conticuit dulcedo citharæ.
 Cum canticò non bibent
 vinum: amara erit potio
 bibentibus illam. Attrita
 est civitas vanitatis, clau-
 sa est omnis domus nullo
 introeunte. Clamor erit
 super vino in plateis: des-
 erta est omnis lætitia,
 translatum est gaudium
 terræ. Relicta est in urbe
 solitudo, et calamitas
 opprimet portas. Quia
 hæc erunt in medio terræ,
 in medio populorum:
 quomodo si paucæ olivæ,
 quæ remanserunt, excu-
 tiantur ex olea; et racemi,
 cum fuerit finita vindemia.
 Hi levabunt vocem
 suam, atque laudabunt
 cum glorificatus fuerit

Dominus, hument de
 mari. Propter hoc in do-
 ctrinis glorificatè Dòmi-
 num, in insulis maris
 nomen Dòmini Dei Israel.
 A finibus terræ laudes au-
 divimus, glóriam justi.

Ad Benedictus. Ana.
Dicite: * Pusillanimes
 confortamini: ecce Dòmi-
 nus Deus noster veniet.
Ad Magnificat. Ana.
Cantate Dòmino * canti-
 cum novum: laus ejus ab
 extrémis terræ.

SABBATO.
 De Isaia Propheta.
Lectio j. Cap. 25.

Domne Deus meus es
 tu, exaltabo te, et
 confitebor nòmini tuo:
 quoniam fecisti mirabilia,
 cogitationes antiquas fi-
 deles, amen. Quia posuisti
 civitatem in tùmulo:
 urbem fortem in
 ruina, domum alienò-
 rum: ut non sit civitas, et
 in sempiternum non aedi-
 ficetur. Super hoc lau-
 dabit te pópulus fortis,
 civitas gentium robusta.
 Urbs timebit te. Quia factus
 es fortitudo pauperi,
 fortitudo egèno in tribu-
 latione sua: spes a tũr-
 bine, umbraculum ab
 æstu. *Egredietur. 178.*

Lectio ij.
Spiritus enim robustò-
 rum quasi turbo im-
 pellens parietem. Sicut
 æstus in siti, tùmulum
 alienòrum humiliabis: et

quasi calore sub nube
 torrénte, propáginem fór-
 tium marcescere facies.
 Et faciet Dòminus exerci-
 tum omnibus pópulis in
 monte hoc convivium pin-
 guium, convivium vin-
 demie, pinguium medul-
 latòrum, vindemie defæcæ-
 tæ. Et præcipitabit in mon-
 te isto facièm vinculi colligati
 super omnes pópulos,
 et telam quam orditus est
 super omnes nationes.

Festina. 178.

Lectio iij.
Precipitabit mortem in
 sempiternum: et auferet
 Dòminus Deus lacry-
 mam ab omni facie, et
 opprobrium pópuli sui
 auferet de universa terra:
 quia Dòminus locutus est.
 Et dicit in die illa: Ecce
 Deus noster iste, expecta-
 vimus eum, et salvabit
 nos: iste Dòminus, susti-
 nuius eum, exultabi-
 mus, et lætabimur in salu-
 tari ejus. Quia requiescet
 manus Dòmini in monte
 isto: et triturbabitur
 Moab sub eo, sicuti
 teruntur palea in plau-
 stro. Et extendet manus
 suas sub eo, sicut extendit
 natans ad natandum:
 et humiliabit glóriam ejus
 cum allisione manuum
 ejus. Et munimenta sub-
 limium murorum tuòrum
 concident, et humiliabuntur,
 et detrahentur in terram
 usque ad pulverem. *Ecce Dñus. 178.*

PARS HIEMALIS.

Ad Benedictus. Ana.
 levabit Dòminus signum
 * in nationibus, et con-
 gregabit dispersos Israel.

Ad Vesperas. Capitulum.
Philip. 4.

Patres, Gaudete in Dò-
 mino semper: iterum
 dico, gaudete. Modestia
 vestra nota sit omnibus
 hominibus: Dòminus enim
 prope est.

Thymus.

Cætera almè siderum,
 Eterna lux creden-
 tium,
 Jesu Redemptor omnium,
 Intende votis supplicem,
 qui dæmonis ne fraudi-
 bus

Periret orbis, impetu
 Amoris actus, languidi
 Mundi medela factus es.
 Commune qui mundi ne-
 fas
 Ut expiâres ad Crucem,
 E Virginis Sacratio
 Intacta prodis vitima.
 Cujus potestas gloriæ,
 Nomenque cum primam
 sonat:
 Et Cœlites, et inferi
 Tremènte curvantur genu.
 te deprecamur ultima.
 Magnum dièi Jùdicem;
 Armis superæ gratiæ
 Defènde nos ab hostibus.
 Virtus, honor, laus, glò-
 ria
 Deo Patri, cum Filio,
 Sancto simul Paraclito,
 In sæculorum sæcula,
 Amen.

⁊ Rorâte cœli desuper,
⁊ nubes pluant justum.
⁊ Aperiâtur terra, et ger-
minet Salvatorem.

Ad Magnificat, Ant.
Ante me * non est for-
matus Deus, et post me
non erit: quia mihi cur-
vabitur omne genu,
et confitebitur omnis lin-
gua.

Oratio.

AUREM tuam, quæsu-
mus Dômine, præcibus
nostris accommoda: et
mentis nostræ tenebras
gratia tuæ visitationis il-
lustra. Qui vivis et regnas
cum Deo Patre.

DOM. III. ADVENTUS.

Ad Matutinum, Invitat.
Prope est jam Dominus: *
Venite adoremus.

**Et dicitur quotidie us-
que ad Vigiliam Nativita-
tis Domini exclusive.**

**Psal. Venite, exulté-
mus. 2.**

Hymnus.

VERBUM supernum præ-
diens
E Patris æterni sinu
Qui natus orbi subvenis,
Habente cursu temporis.
Illumina nunc pectora;
Tuoque amore concrema;
Ut cor caduca deserens
Cœli voluptas impleat.
Ut, cum tribunal Jûdicis
Dammabit igni nôtios,
Et vox amica debitum
Vocabit ad cœlum pios,
Non esca flammarum ni-
gros

Volvâmur inter turbines,
Vultu Dei sed cômposites
Cœli fruâmur gaudiis.
Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jûgiter
Sæculum per omne glôria,
Amen.

In primo Nocturno.
De Isaiâ Propheta.

Lectio i. Cap. 26.

In die illa cantabitur cân-
ticum istud in terra
Juda: Urbs fortitudinis
nostræ Sion Salvator, pon-
nétur in ea murus et an-
temurale. Aperite portas,
et ingrediatur gens justa,
custodiens veritatem. Vetus
error abiit: servabis
pacem; pacem, quia in
te speravimus. Sperastis
in Dômino in sæculis æter-
nis, in Dômino Deo forti
in perpetuum. Quia in-
curvabit habitantes in ex-
celsio, civitatem sublimem
humiliabit. Humiliabit
eam usque ad terram, dé-
trahet eam usque ad pul-
verem. Conculcabit eam
pes, pedes patieris, gres-
sus egenorum.

⁊ Ecce apparebit Dômi-
nus super nubem candi-
dam, ⁊ Et cum eo san-
ctorum millia: et habebit
in vestiménto, et in fé-
more suo scriptum: Rex
regum, et Dôminus do-
minantium. ⁊ Apparebit
in finem, et non mentietur:
si moram fecerit,
expecta eum; quia vé-
niens veniet, Et cum.

Lectio ij.

SEMITA justa recta est.
⁊ rectus callis justa ad
ambulandum. Et in semita
judiciorum tuorum Dô-
mine sustinimus te: no-
men tuum, et memoriale
tuum in desiderio anima.
Anima mea desideravit te
in nocte, sed et spiritu
meo in præcordiis meis
de mane vigilabo ad te.
Cum feceris judicia tua
in terra, justitiam discent
habitatores orbis. Mise-
reamur impio, et non dis-
cet justitiam: in terra
sanctorum iniqua gessit,
et non videbit gloriâ
Dômini.

⁊ Bethlehem civitas Dei
summi, ex te exiet Domi-
nator Israel, et egressus
ejus sicut a principio die-
rum æternitatis, et ma-
gnificabitur in medio uni-
versæ terræ: ⁊ Pax erit
in terra nostra, dum vé-
nerit. ⁊ Loquetur pacem
in Gêntibus, et potestas
ejus a mari usque ad ma-
re. Et pax erit.

Lectio iij.

DOMINE exaltetur manus
tua, et non videant
videant, et confundantur
zelantes populi: et ignis
hostes tuos devoret. Dô-
mine dabis pacem nobis:
omnia enim opera nostra
operatus es nobis. Dômine
Deus noster, possederunt
nos dômini, absque te,
tantum in te recordemur
nôminis tui. Morientes

non vivant, gigantes non
resurgant: propterea visi-
tasti et contrivisti eos, et
perdidisti omnem memô-
riam eorum.

⁊ Qui venturus est, vé-
niet, et non tardabit: et
jam non erit timor in fini-
bus nostris: * Quoniam
ipse est Salvator noster.
⁊ Deponet omnes iniqui-
tates nostras: et projiciet
in profundum maris omnia
peccata nostra. Quoniam
ipse. Glôria Patri. Quô-
niam ipse.

In secundo Nocturno.
Sermo sancti Leonis
Papæ.

Lectio iv.

**Serm. 2. de jejuniis decimi
mensis, et collectis.**

QUOD temporis ratio,
⁊ devotiónis nostra
admonet consuetudo,
pastoralis vobis, dilectis-
simi, sollicitudine prædi-
câmus, decimi mensis ce-
lebrandum esse jejûnium,
quo pro consummata per-
ceptione omnium fruc-
tuum, dignissime largi-
tóri eorum Deo continen-
tiæ libamen offertur. Quid
enim potest efficacius esse
jejûnio? ejus observantia
appropinquamus Deo, et
resistentes diabolo, vitia
blanda superamus.
⁊ Egypte, noli flere,
quia Dominator tuus vé-
niet tibi, ante ejus con-
spectû movebuntur abys-
si, ⁊ Liberare populum
suum de manu potentie.

Eccē veniet Dóminus exercitum; Deus tuus cum potestate magna. Liberare pópulum suum.

Lectio.
SEMPER enim virtuti cibis jejúnium fuit. De abstinentia denique prouident casta cogitationes, rationabiles voluntates, salubriora consilia: et per voluntarias afflictiones caro concupiscētiis móritur, virtutibus spíritus innovatur. Sed quia non solo jejúnio animarum nostrarum salus acquiritur: jejúnium nostrum misericórdiis pauperum suppleamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis, abstinentia jejunantis.

Prope est: ut veniat tempus ejus: et dies ejus non elongabuntur: Miserebitur Dóminus Jacob, et Israel salvabitur. Revertere virgo Israel, revertere ad civitates tuas. Miserebitur.

Lectio.
STUDEAMUS viduarum defensionem, pupillorū utilitatem, hęcigentium consolationem, dissidentium paci. Suscipiatur peregrinus, adjuvetur opprēssus, vestiatur nudus, foveatur agrētus: ut quicumque nostrum de justis laboribus auctōri bonorum omnium Deo sacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem

regni cōlestis pramium percipere mereatur. Quarta igitur et sexta Fēria jejūnemus: Sabbato autem apud beatum Petrum Apóstolum pariter vigilemus: cuius suffragantibus méritis, quæ pōsemus, impetrare possimus: per Dóminum nostrum Jesum Christum, cui cum Patre et sancto Spíritu vivit et regnat in sæcula sæculorū. Amen.

Descendet Dóminus sicut pluvia in vellus: Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes servient ei. Orietur gloria Patri. Orietur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 1. c. 1.
In illo tempore: Miserunt Judæi ab Jerosolymis sacerdotes et Levitas ad Joannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et reliqua.

Homilia S. Gregórii Papæ. Hom. 7. in Evangelia.

Dixit hujus nobis lectionis in verbis, fratres charissimi, Joānis humilitas commendatur: qui cum tanta virtutis esset, ut Christus credi potuisset, elegit sólido subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, et non negavit: et confessus

est, Quia non sum ego Christus. Sed qui dixit, Non sum; negavit plane quod non erat, sed non negavit quod erat: ut veritate loquens, ejus membrum fieret, cujus sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi: quia dum infirmitatem suam studeat humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere.

Veni Dómine, et noli tardare: relaxa facinoraplebi tuæ, et revoca dispersos in terram suam. Excita Dómine potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos. Et revoca.

Lectio vij.

Sed cum ex lectione alia, Redemptoris nostri sententia ad mentem reducit, ex hujus lectionis verbis nobis quæstio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dóminus de Eliæ adventu, respondit: Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quæcumque voluerunt: et, si vultis scire, Joānes ipse est Elias. Requisitus autem Joānes dicit: Non sum Elias. Quid est hoc, fratres charissimi, quia quod Veritas affirmat, hoc Propheta veritatis negat? Val-

de namque inter se diversa sunt. Ipse est: et, Non sum. Quomodo ergo Propheta veritatis est, si ejusdem veritatis sermonibus concors non est?

Ece radix Jesse descendet in salutem populorum, ipsum Genes deprecabuntur: et erit nomen ejus gloriosum. Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. Et erit nomen ejus gloriosum.

Lectio ix.

Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonat, quomodo contrarium non sit, invenitur. Ad Zachariam namque de Joāne Angelus dicit: Ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliæ. Qui idcirco venturus in spiritu et virtute Eliæ dicitur, quia sicut Elias secundum Dómini adventum præveniet, ita Joānes prævenit primum. Sicut ille præcursor venturus est Judæis, ita iste præcursor est factus Redemptoris. Joānes sicut in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat. Quod ergo Dóminus fatetur de spiritu, hoc Joānes dēnegat de persona.

Docet nos Dóminus vias suas, et ambulabimus in semitis ejus.

Quia de Sion exiit lex
et verbum Dómini de Jeru-
salem. **R.** Venite, ascen-
damus ad montem Dó-
mini, et ad domum Dei
Jacob. Quia de Sion. Glória
Patri. Quia de Sion.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.
1. Veniet Dóminus, * et
non tardabit, et illumi-
nabit abscondita tenebrá-
rum, et manifestabit se
ad omnes gentes, allelúia.
Psalm. Dóminus regnavit,
cum reliquis. 48.

2. Jerusalem gaude * gaud-
dio magno, quia veniet
tibi Salvátor, allelúia.

3. Dabo in Sion * salutem,
et in Jerusalem glóriam
meam, allelúia.

4. Montes et omnes colles
* humiliabuntur: et erunt
prava in directa, et áspera
in vias planas: veni Dó-
mine, et noli tardare,
allelúia.

5. Juste et pie * vivamus,
expectantes beatam spem,
et adventum Dómini.

Capitulum. Philip. 4.

FRATRES, Gaudete in Dó-
mino semper: iterum
dico, gaudete. Modestia vestra
nota sit omnibus homi-
nibus: Dóminus enim
prope est.

Hymnus.

Ex clara vox redarguit
Obscúra quæque, pór-
sonans:
Procul fugentur sómnia:
Ab alto Jesus prómicat.

Mens jam resurgat tór-
pida,

Non amplius jacens humi,
Sidus refulget jam novum,
Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos mitti-
tur

Laxare gratis débitum:
Omnes simul cum lácry-
mis

Præcémur indulgéntiam.

Ut cum secúndo fúiserit,
Metúque mundum cinxe-
rit,

Non pro reatu púniat,
Sed nos pius tunc próte-
gat.

Virtus, honor, laus, gló-
ria

Deo Patri cum Filio,

Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula,

Amen.

V. Vox clamántis in de-
sérto, Paráte viam Dómini.

R. Rectas facite sémitas
ejus.

Ad Benedictus. Añæ.

Super sólium * David,
et super regnum ejus se-
debit in ætérnum, alle-
lúia.

Oratio.

ADREM tuam, quæsumus

Dómine, precibus no-
stris accómmoda: et men-
tis nostræ ténébras grátia
tua visitationis illústra.

Qui vivis et regnas cum
Deo Patre.

Ad Tertiam. Añæ.

Jerúsalem gaude.

Capit. Fratres, Gaudete,
ut **supra.**

R. br. Veni ad liberán-
dum nos, * Dómine Deus
virtútum. Veni. **O**sténde
faciem tuam, et salvi éri-
mus. Dómine Deus virtú-
tum. Glória Patri. Veni.

V. Timebunt gentes nomen
tuum Dómine. **R.** Et omnes
reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam. Añæ.

Dabo in Sion.

Capitulum. Philip. 4. b

rum solliciti sitis: sed

in omni oratione, et
obsecratione, cum gratia-
rum actione, petitiones
vestræ innotescant apud
Deum.

R. Osténde nobis Dó-
mine, * Misericórdiam
tuam. Osténde. **V.** Et salu-
tare tuum da nobis. Mi-
sericórdiam. Glória Patri.

Osténde. **V.** Meménto no-
stri Dómine in beneplacito
pópuli tui. **R.** Visita nos
in salutári tuo.

Ad Nonam. Añæ.

Juste et pie.

Capitulum. Philip. 4. b

Et pax Dei, quæ exúpe-
rat omnem sensum,
custodiát corda vestra, et
intelligéntias vestras, in
Christo Jesu Dómino no-
stro.

R. br. Super te Jerusalem,
* Oriétur Dóminus. Super.

V. Et glória ejus in te
videbitur. Oriétur. Glória
Patri. Super te. **V.** Dó-
mine Deus virtútum con-
verte nos. **R.** Et osténde
faciem tuam, et salvi éri-
mus.

Ad Vesperas. Añæ de

Laud. **Psalmi de Difca.**

Capitulum Hymnus et V.

Rorate, ut in j. Vesp. 183.

Ad Magnificat. Añæ.

Beata es Maria, * quæ
credidisti Dómino: perfici-
entur in te, quæ dicta
sunt tibi a Dómino, al-
lelúia.

Post Vesp. diei dicuntur

Vesp. Defunct.

Añæ. Beata es, præter-
mittitur, si hodie ejus loco

ponenda sit una ex Añis
majoribus, ut infra; qui-
bus semper cedunt Añæ
propria alius diebus ad
Magnificat assignate.

Sequentes Añæ majores
ad Magnificat, inchoantur
die xvij. Decembris, et
singulis ante, et post Ma-
gnificat, integræ sicut in
Duplicitibus dicuntur per
ordinem, usque ad diem
ante Vigiliam Nativitatis.

Si vero Festum fuerit, di-
cuntur post Orationem Fe-
stæ, pro commem. Advent.

Die 17. Dec. Añæ. O sapi-
entia, quæ ex ore Altis-
simi prodisti, attingens
a fine usque ad finem,
fortiter suavitérque dispón-
ens omnia: veni ad doc-
cendum nos viam pruden-
tiam.

18. Añæ. O Adónai, et
Dux domus Israël, qui
Mysi in igne flammæ ru-
bi apparuisti, et ei in Sina
legem dedisti: veni ad
redimendum nos in bra-
chio exténte.

19. *Āna.* O radix Jesse, qui stas in signum populorum, super quem continebunt reges os suum, quem Gentes deprecabuntur: veni ad liberandum nos; jam noli tardare.

20. *Āna.* O clavis David, et sceptrum domus Israel: qui aperis, et nemo claudit; claudis, et nemo aperit: veni, et edue vincetum de domo carceris, sedentem in tenebris, et umbra mortis.

21. *Āna.* O oriens, splendor lucis eterna, et sol iustitiae: veni, et illumina sedentes in tenebris, et umbra mortis.

22. *Āna.* O Rex Gentium, et desideratus eorum, lapisque angularis, qui facis utraque unum: veni, et salva hominem, quem de limo formasti.

23. *Āna.* O Emmanuel, Rex et legislator noster, expectatio Gentium, et Salvator eorum: veni ad salvandum nos, Domine Deus noster.

Sequentes. Antiphona ad Laudes, et per Horas dicuntur in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, incipiendo die xvij. Decembris ab Antiphonis, quae Feria illius diei assignantur. Similiter et aliae dicuntur in propriis Feriis.

Quod si dies xvij. fuerit Dominica, *Āna* inchoantur sequenti Feria ij.

quae erit dies xvij. Quae autem dicenda essent die, in quo occurrit Festum S. Thomae, dicuntur in Sabbato cum Psalmis Sababati, quarta Antiphona praetermissa, cujus loco dicitur Antiphona. Expectetur. Nisi Vigilia Nativitatis venerit in Dominica: tunc enim in Sabbato dicuntur Antiphonae de Laudibus Dominicae, quarta praetermissa; cujus loco dicitur Antiphona. Expectetur. Antiphona ad Benedictus, et Oratio dicitur ut in Sabbato Quatuor Temporum ponitur. Antiphona vero de Laudibus, quae occurrant in die S. Thomae, eo anno praetermittuntur: et in Dominica tunc dicuntur Antiphonae de Vigilia. Similiter omittitur Antiphona. Expectetur, quando illud Festum in Sabbato venerit.

FERIA SECUNDA.

Ad Laudes, et per Horas, *Āna.*

1. Ecce venit * Dominus princeps regum terrae: beati, qui parati sunt occurrere illi.

2. Cum venerit * Filius hominis, putas inveniet fidem super terram?

3. Ecce jam venit * plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras.

4. Haurietis aquas * in gaudio de fontibus Salvatoris.

3. Egrediatur * Dominus de loco sancto suo: veniet ut salvet populum suum.

FERIA TERTIA.

Ad Laudes, et per Horas, *Āna.*

1. Rorate caeli desuper, * et nubes pluant justum: aperiaturs terra, et germinet Salvatorem.

2. Emitte Agnum Domine * Dominatorem terrae, de Petra deserti, ad montem filiae Sion.

3. Ut cognoscamus Domine * in terra viam tuam, in omnibus Gentibus salutarem tuam.

4. Da mercédem, Domine, * sustinentibus te, ut Prophetae tui fideles inveniantur.

5. Lex per Moysen data est, * gratia et veritas per Jesum Christum facta est.

FERIA QUARTA.

Ad Laudes, et per Horas, *Āna.*

1. Prophetae predicaverunt * nasci Salvatorem de virgine Maria.

2. Spiritus * Domini super me, evangelizare pauperibus misit me.

3. Propter Sion * non tacebo, donec egrediatur ut splendor justus ejus.

4. Ecce venit Dominus, * ut sedeat cum principibus, et solium gloriae teneat.

5. Annuntiate * populis, et dicite: Ecce Deus Salvator noster veniet.

PARS HYEMALIS.

FERIA QUINTA.

Ad Laudes, et per Horas, *Āna.*

1. De Sion * veniet Dominus omnipotens, ut saluum faciat populum suum.

2. Convertere Domine * aliquantulum, et ne tardes venire ad servos tuos.

3. De Sion * veniet, qui regnabit super dies, Emmanuel magnum nomen ejus.

4. Ecce Deus meus, * et honorabo eum: Deus patris mei, et exaltabo eum.

5. Dominus * legislator noster, Dominus Rex noster, ipse veniet, et salvabit nos.

FERIA SEXTA.

Ad Laudes, et per Horas, *Āna.*

1. Constantes estote, * videbitis auxilium Domini super vos.

2. Ad te Domine * leyavi animam meam: veni, et eripe me, Domine ad te confugi.

3. Veni Domine, * et noli tardare: relaxa facinora plebi tuae Israel.

4. Deus a Libano veniet, * et splendor ejus sicut lumen erit.

5. Ego autem * ad Dñm aspiciam, et expectabo Deum salvatorem meum.

SABBATO.

Āna secundum antieriorum Rubricam. 192.

Ad Canticum vero. *Āna.* Expectetur * sicut pluvia eloquium meum: et descendet super nos sicut ros Deus noster.

25

In Festo S. Thomæ pro
commem. Adv. ad Bene-
dictus. *Ant.* Nolite timé-
re : quanta enim die veniet
ad vos Dominus noster.

Si vero contingat Festum
S. Thomæ transferri
in ij. Feriam. *Ant.* prædicta
dicitur ad Benedictus in
Dñica, loco *Ant.* Ave Maria.
Ultimo die ante Vigiliam
Nativitatis, ad Benedictus.
Ant. Ecce completa sunt *
omnia, quæ dicta sunt per
Angelum de virgine Maria.
Quibus *Ant.* sedunt alie
Ant. in propriis locis ad
Benedictus assignates.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum Invit. et
Hymn. ut in Dñica præ-
cedenti. 186.

Ant. et Psalmi Feria
secunda. 48.

De Isaia Propheta.

LECTIO I. *Cap.* 28.

Væ coronæ superbis,
et ebriis Ephraim, et
flori decidenti, gloriæ
exultationis ejus, qui
erant in vertice vallis pin-
guissimæ, errantes a vi-
no. Ecce validus et fortis
Dominus sicut impetus
grandinis, turbo confrin-
gens, sicut impetus aquarum
multarum inundan-
tium, et emissorum super
terram spatiosam.
Pedibus conculcabitur cor-
ona superbiæ ebriorum
Ephraim.

Ecce apparebit, ut in
Nocturno Dñicæ præce-
dentis. 186.

LECTIO II. *Cap.* 49.
Et erit flos decedens glo-
ria exultationis ejus,
qui est super verticem
vallis pinguium, quasi
temporaneum ante ma-
turitatem autumni : quod
cum aspexerit videns, statim
ut manu tenderit,
devorabit illud. In die illa
erit Dominus exercituum
corona gloriæ, et sertum
exultationis residuo pò-
puli sui : et spiritus judicii
sedenti super judicium,
et fortitudo revertentibus
de bello ad portam. Verum
hi quoque præ vino nescie-
runt, et præ ebrietate erra-
verunt : sacerdos et Prophe-
ta nescierunt præ ebricitate,
absorpti sunt a vino.
Béthlehem. 187.

LECTIO III.

Incipio hæc dicit Dòmi-
nus Deus : Ecce ego mit-
tam in fundamentis Sion
lapidem, lapidem probatum,
angularem, pretiosum,
in fundamento fundatum.
Qui crediderit, non
festinet. Et ponam in pòn-
dere judicium, et justitiam
in mensura : et sub-
vertet grandio spem mendacii
et protectione aquæ
inundabunt. Et delebitur
foedus vestrum cum morte,
et pactum vestrum cum
inferno non stabit.

Qui venturus. 187.

Ad Laudes, *Ant.* de
Psalterio, nisi dicenda
sint *Ant.* secundum superi-
orem Rubricam. 191.

Capitulum. *Isaia* 2.

Venite, et ascendamus
ad montem Domini, et
ad domum Dei Jacob : et
doccebit nos vias suas, et
ambulabimus in semitis
ejus : quia de Sion exiit
lex, et verbum Domini
de Jerusalem.

Hymn. En clara vox, et
Vox clamantis, ut 190.
Ad Benedictus, *Ant.*
Egredietur * virga de ra-
dice Jesse, et replabitur
omnis terra glorià Dòmi-
ni : et videbit omnis caro
salutare Dei.

Deinde Preces. 65.

Orat. Aurem tuam. 190.

Hodie Offic. Detinet.

Ad Horas *Ant.* de Laud.

Dñicæ præc. aut ex prop-
riis laudibus.

Ad Vesperas, *Ant.* et

Psalmi de Psalterio. 155.

Capitulum. *Genes.* 49. b

Vox auferetur sceptrum
de Juda, et dux de fé-
more ejus, donec veniat
qui mittendus est, et ipse
erit expectatio Gentium.

Hymnus. Creator alme,

et J. Rorate, ut 185.

Ad Magnificat, *Ant.*

Beatum meditent * omnes
generationes, quia ancilla
humilem respexit Deus.

Nisi dicenda sit *Ant.* O.

Deinde Preces. 157.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

LECTIO I. *Cap.* 50. d

EXPECTAT Dominus ut

misereatur vestri : et

ideo exaltabitur parcens
vobis : quia Deus judicii
Dominus : beati omnes qui
expectant eum. Populus
enim Sion habitabit in Jeru-
salem : plorans nequam
Jerusalem : plorans nequam
miserabitur tui : ad vocem
clamoris tui statim ut au-
dierit, respondebit tibi.
Et dabit vobis Dominus
panem arcum, et aquam
brevem : et non faciet
avolare a te ultra doctò-
rem tuum : et erunt oculi
tui videntes præceptorem
tuum.

Egypte noli flere, ut
in Nocturno Dñicæ præce-
dentis. 187.

LECTIO II.

EGREDERE, dices ei : Et
dabitur pluvia seminatio,
ubicumque seminatus
in terra : et panis
frugum terræ erit uberrimus,
et pinguis. Pascetur
in possessione tua in
die illo agnus spatiosus :
et tauri tui, et pulli asinorum,
qui operantur
terram, commisitum
migma comedent sicut in
area ventilatum est. Et
erunt super omnem montem
excelsum, et super
omnem collem elevatum,
rivi currentium aquarum,
in die interfectionis multo-
rum, cum ceciderint
turres.

Prope est. 188.

LECTIO III.

erit lux luna sicut

lux solis, et lux solis

erit septemplex sicut lux septem dierum, in die qua alligaverit Dominus vulnus populi sui, et percussuram plagæ ejus sanaverit. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, et gravis ad portandum: labia ejus repleta sunt indignatione, et lingua ejus quasi ignis torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, et frenum erroris, quod erat in maxillis populorum.

¶ Descendet. 188.

Ad Benedictus, Añã.

Tu Bethlehem * terra Juda, non eris minima: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel.

Ad Magnificat, Añã.

Elevare, elevare, * consurge Jerusalem: solve vincula colli tui, captiva filia Sion.

Nisi dicenda sit Añã. O.

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 1. c

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: et nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Lib. 2. in Lucam.

Lysteria, nec facile, juxta prophetiæ dictum, quisquam hominum potest scire consilium Dei. Sed tamen ex ceteris factis, atque præceptis Domini Salvatoris possumus intelligere et hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum pareret, quam erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adulterio.

¶ Clama in fortitudine, qui annuntias pacem in Jerusalem; * Dic civitatibus Judæ, et habitatoribus Sion: Ecce Deus noster, quem expectabamus, adveniet. * Supra montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Dic civitatibus.

Lectio ij.

Et ingressus ad eam Angelus, discite virginem moribus, discite virginem verecundia, discite oraculo, discite mysterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo

virorum viderit, solus Angelus repererit: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degnere depravaretur affatu, ab Angelo salutatur.

¶ Orietur stella ex Jacob, et exurgit homo de Israel, et confringet omnes duces alienigenarum, * Et erit omnis terra possessio ejus. * Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes Gentes servient ei. Et erit.

Lectio iij.

Tanti namque mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hodie primum auditur: Spiritus sanctus supervenit in te. Et auditur, et creditur. Denique, Ecce, inquit, ancilla Domini: contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam se dicit Domini, quæ mater eligitur: nec repentino exaltata promisso est.

¶ Modo venit Dominator Domini: * Et nomen ejus Emmanuel vocabitur. * Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis. Et nomen. Glória Patri. Et nomen.

Ad Benedictus, Añã.

Missus est Gabriel * Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph.

Oratio.

Presta, quæsumus omnipotens Deus: ut redemptionis nostræ ventu-

ra solemnitas, et presentis nobis vitæ subsidia conferat, et æterna beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum.

Et dicitur ad omnes Horas, preterquam in Vesperis.

Ad Magnificat, Añã.

Ecce ancilla Domini: * fiat mihi secundum verbum tuum.

Nisi dicenda sit Añã. O.

Post Preces dicitur Oratio.

Dñice præc. Aurem. 186.

FERIA QUINTA.

De Isaiã Propheta.

Lectio j. Cap. 53.

Væ qui prædaris, nonne et ipse prædaberis? et qui spernis, nonne et ipse sperneris? cum consummaveris depradationem, depradaberis: cum fatigatus desieris contemneris, contemneris. Domine miserere nostri: te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis.

¶ Egredietur Dominus, et præliabitur contra Gentes: * Et stabunt pedes ejus supra montes olivæ ad Orientem. * Et elevabitur supra omnes colles, et fluent ad eum omnes Gentes. Et.

Lectio ij.

A voce Angeli fugerunt populi, et ab exaltatione tua dispersæ sunt Gentes. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur

brachus, velut cum fossa plena fuerint de eo. Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelsis: implēvit Sion iudicio et iustitia. Et erit fides in temporibus tuis: divitiarum salutis sapientia et scientia: timor Domini ipse est thesaurus ejus.

¶ Præcursor pro nobis ingreditur Agnus sine macula. Secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum, et in sæculum sæculi. Ipse est Rex iustitiarum, cujus generatio non habet finem. Secundum.

Lectio lii.

CONTERATI sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocristas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitiis, et loquitur veritatem, qui præcipit avaritiam ex calumniis, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munita saxorum sublimitas ejus: panis ei datus est, aqua ejus fideles sunt. Regem in decore suo vident oculi ejus, cernebant terram de longe.

¶ Videbunt gentes justum tuum, et cuncti

reges inclutum tuum: Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui. Et vocabitur. Gloria Patri. Et.

Ad Benedictus, Añā.
Vigilate * animo, in proximo est Dominus Deus noster.

Nisi occurrat Festum S. Thomæ: quia tunc ea prætermittitur, dicitur Añā.
Nolite timere. 194. quod etiam servatur in sequentibus diebus, quando illud Festum occurrit.

Ad Magnificat, Añā.
Letamini * cum Jerusalem, et exultate in ea omnes qui diligitis eam in æternum.

Nisi dicenda sit Añā. O. FERIA SEXTA.
Quatuor Temporam.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio i. Cap. 1. d.
In illo tempore: Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda: et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Lib. 2. in Lucæ cap. 1. post initium.

MORALE est omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem astruant. Et ideo Angelus, cum abscondita

nuntiaret, ut fidem astrueret, exemplo senioris femina sterilisque conceptum virgini Mariæ nuntiavit: ut possibile Deo omne, quod ei placuerit, asserebat. Ubi audivit hoc Mariam, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi lata pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio, in montana perrexit. Quo enim jam Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione contenderet? Nescit tarda molimina sancti Spiritus grata.

¶ Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. * De Petra deserti ad montem filiarum Sion. * Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. De Petra.

Lectio ii.

DISCITE et vos, sanctæ mulieres, sedulitatem, quam prægnantibus debeat exhibere cognatus. Marfam, que ante sola in intimis penetrabilibus versabatur, non a publico virginitatis pudor, non ab studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardavit. In montana Virgo cum festinatione, Virgo officii memor, injuriarum immemor, affectu urgente, non sexu relicta perrexit domo. Discite virgines non cir-

cumcurrere per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus.

¶ Corate cœli desuper, et nubes pluant justum: * Aperiantur terra, et germinet Salvator. * Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiarum Sion. Aperiantur.

Lectio lii.

DIMICISTIS virgines pudorem Mariæ: discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad seniores: nec sola venit, sed etiam prior salutavit. Decet enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit. Noverit deferre senioribus. Sit magistra humilitatis, in qua est professio casitatis. Est et causa pietatis, est etiam norma doctrinæ. Contuendum est enim, quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuveretur: Maria ad Elisabeth, Christus ad Joannem.

¶ Germinaverunt campi eremi germen odoris Israel, quia ecce Deus noster cum virtute venit: * Et splendor ejus cum eo. * Ex Sion species decoris ejus: Deus noster manifeste venit. Et. Gloria Patri. Et.

Ad Benedictus, Aña. Ex quo facta est * vox salutationis tuæ in aëribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo, alleluia.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Dómine, potentiam tuam, et veni: ut hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adversitate liberentur. Qui visis et regnas cum Deo Patre.

Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis.

Ad Magnificat, Aña. Hoc est testimoniũ, * quod perhibuit Joannes: Qui post me venit, ante me factus est.

Nisi dicenda sit Aña. O. Post Proces dicitur Oratio Dñice præc. Aurem tuam. 486.

SABBATO**Quatuor Temporum.**

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio i. Cap. 5.

Anno quindécimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Póntio Pilato Judæam. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Homilia 20. in Evang.

REDEMPTORIS nostri Præcursor, quo tempore prædicationis officium acceperit, memorato Romanæ republicæ principis, et Judææ régibus,

designatur. Quia enim illum prædicare veniebat, qui et ex Judæa quosdam, et multos ex Géntibus redempturus erat: per regem Géntium et principes Judæorum prædicationis ejus tempora designantur. Quia autem Géntilias colligenda erat, et Judæa pro culpa perfidia dispendenda, ipsa quoque descriptio terræni principis ostendit: quoniam et in Romána republica unus præfuisse describitur, et in Judæa regno per quartam partem plurimum principabantur.

Egrediatur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet: * Et erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus. * Et requiescet super eum spiritus Dómini: spiritus sapientie, et intellectus: spiritus consilii, et fortitudinis. Et erit.

Lectio ii.

Vox etenim nostri Redemptoris dicitur: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur. Liquet ergo, quod ad finem regni Judæa pervenerat, quæ tot régibus divisa subiacebat. Apte quoque non solum quibus régibus, sed etiam quibus sacerdotibus actum sit, demonstratur: et quia illum Joannes Baptista prædicaret, qui simul Rex et

Sacerdos existeret, Lucas Evangelista prædicationis ejus tempora per regnum et sacerdotium designavit. * Radix Jesse, qui exurgit judicare gentes, in eum gentes sperabunt: * Et erit nomen ejus benedictum in sæcula. * Super ipsum continebunt reges os suum, ipsum gentes deprecabuntur. Et.

Lectio iii.

Et venit in omnem regionem Jordánis, prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet, quia Joannes non solum baptismum penitentiae prædicavit, verum etiam quibusdam dedit: sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque, quod dicitur, Prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum: quoniam baptismum, quod peccata solveret, quia dare non poterat, prædicabat: utique incarnatum Verbum Patris præcurrerat verbo prædicationis, ita baptismum penitentiae, quo peccata solvantur, præcurreret suo baptismo, quo peccata solvi non possunt.

Veni Dómine, et noli tardare; relâxa facinora

plebitua: * Et revoca dispersos in terram suam. * Excita Dómine potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos. Et revoca. Glória Patri. Et revoca.

Ad Benedictus, Aña. Quomodo fiet istud, * Angele Dei, quoniam virum non cognoscis? Audi Maria virgo: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. **Nisi dicenda sit Aña.** Nolite timere, et nisi hæc fuerit dies ante Vigiliam Nativitatis: quia tunc ea prætermissa, dicitur **Aña.** Ecce completa. 191. **Quod etiam servatur (si idem contingat) in sequentibus diebus.**

Oratio.

Deus, qui conspicias, quia ex nostra pravitate assligimur: concede propitius, et ex tua visitatione consolémur. Qui visis et regnas cum Deo Patre.

Et dic. per omnes horas. Ad Vesperas, Capitulum.

1. Cor. 4.

FRATRES, Sic nos existimæ peccata solveret, quia met homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Illic jam queritur inter dispensatores, et fidelis quis inveniat.

Hymnus.

Creator alme siderum, **A**lterna lux credentium, **J**esu Redemptor omnium, **I**ntende votis supplicum.

Qui dæmonis ne fraudibus

Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medella factus es.
Commune qui mundi nefas

Ut expiâre ad Crucem,
E Virginis Sacratio
Intacta prodix victima.
Ujus potestas gloriæ,
Nomenque cum primam
sonat:

Et Cælestes, et inferi
Tremente curvantur genu.
Te deprecamur ultima
Magnum dei Jüdicem;
Armis supernæ gratiæ
Defende nos ab hostibus.

Virtus, honor, laus, gloriæ
Deo Patri, cum Filio,
Sancto simul Paraclyto,
In sæculorum sæcula,
Amen.

9. Rorate cœli dësuper,
et nubes pluant justum.
10. Aperiâtur terra, et germinet Salvatorem.

**Añã ad Magnificat, una
ex majoribus. O.
Oratio.**

PROXIMA, quæsumus Dömine, poténtiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre: ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpédiunt, indulgentiæ tuæ propitiatiõnis acceleret. Qui vivis. DOMINICA IV. ADVENT.

Ad Matutinam, Invitat.
Prope est jam Dominus: *
Venite adoremus. **Psalm.**
Venite, exultémus. 2.

Hymnus.

VERBUM supérnum pródiens

F Patris aterni sinu,
Qui natus orbi súbvenis,
Labente cursu témporis.
Illúmina nunc pëctora,
Tuóque amore cóncrema;

Ut cor cadúca dësereñs
Cœli voluptás impleat.
Ut, cum tribúnal Jüdicis
Dammabit igni nõxios,
Et vox amica débitum
Vocabit ad cœlum pios;

Non esca flammárum nigros
Volvámur inter túrbines,
Vultu Dei sed cómpotes
Cœli fruámur gaudiis.

Patri, simulque Filio,
Tibique sancle Spíritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæculum per omne gloriá,
Amen.

In primo Nocturno.
De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 55.

INTABITUR deserta et in via, et exultabit solitudo, et florébit quasi lilium. Germinans germínabit, et exultabit lætábunda et laudans: glória Libani data est ei: decor Carméli, et Saron, ipsi videbunt glóriam Dómini, et decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, et gënna debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini, et nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet: retributiõnis: Deus ipse veniet, et salvabit vos. Tunc aperiéntur

oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, et tortentes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnum, et sitiens in fontes aquarum.

1. Canite tuba in Sion, vocate gentes, annuntiate populis, et dicite: * Ecce Deus Salvator noster adveniet. * Annuntiate, et auditum facite: loquimini et clamate. Ecce Deus. **Lectio ij.**
In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oriétur viror calami et junci. Et erit ibi semita et via, et via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, et hæc erit vobis directa via, ita ut stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, et mala bestia non ascendet per eam, nec inveniétur ibi: et ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti a Domino convertentur, et venient in Sion cum laude et lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium et lætiam obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus. 4. Non auferetur septem de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: * Et ipse erit expectatio gentium. * Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes

ejus lacte candidiores. Et ipse.

Lectio iij. Cap. 41.

TRACEANT ad me insulae, et gentes mutent fortitudinem: accedant, et tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus. Quis suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit: dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit. Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus primus et novissimus ego sum. 4. Me oportet minui, illum autem crescere: qui autem post me venit, ante me factus est: * Cujus non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere. * Ego baptizavi vos aqua: ille autem baptizabit vos Spiritu sancto. Cujus. (16. Patri. Cujus.

In secundo Nocturno.
Sermo S. Leonis Papa.
Lectio iv.
Serm. A. de jejuniis decimi mensis, et collectis.
S fideliter, dilectissimi, atque sapienter creatiõnis nostræ intelligamus exordium, inveniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris: et hanc

esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis, quasi in quodam speculo, divina benignitatis forma resplendet. Ad quam quotidie nos utique reparat gratia Salvatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.

R. Nasceatur nobis parvulus, et vocabitur Deus, Fortis, * Ipse sedebit super thronum David patris sui, et imperabit: cujus potestas super humerum ejus. **P.** In ipso benedicentur omnes tribus terrae, omnes gentes servient ei. Ipse.

Lectio v.

CAUSA autem reparationis nostrae non est nisi misericordia Dei, quem non diligeremus, nisi prius non ipse diligeret, et tenebras ignorantiae nostrae, sua veritatis luce discerneret. Quod per sanctum Isaiam Dominus denuntiavit ait: Adducam caecos in viam quam ignorabant, et semitas quas nesciebant, faciam illos calcare: faciam illis tenebras in lucem, et prava in directa. Haec verba faciam illis, et non relinquam eos. Et iterum: Inventus sum, inquit, a non quaerentibus me, et palam apparui iis qui me non interrogabant. **R.** Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum

in terras, natum de Virgine, factum sub lege: * Ut eos, qui sub lege erant, redimeret. **P.** Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Ut eos. **Lectio vi.**

QUOD quomodo impleretur sit, Joannes Apostolus docet, dicens: Scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum, et simus in vero Filio ejus. Et iterum: Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Diligendo itaque nos Deus, ad imaginem suam nos reparat; et ut in nobis formam suae bonitatis inveniat, dat unde ipsi quoque quod operatur, operemur, accedens scilicet mentium nostrarum lucernas, et igne nos suae charitatis inflammans, ut non solum ipsum, sed etiam quidquid diligit, diligamus.

R. Virgo Israel, revertere ad civitates tuas: * Usquequo dolens avertis? Generabis Dominum Salvatorem, oblationem novam in terra: * Ambulabunt homines in salvationem. **P.** In charitate perpetua dilexi te: ideo atraxi te miserans tui. Usquequo. Gloria Patri. Ambulabunt homines.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 5.

ANNO quintodecimo imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judeam. Et reliqua.
De Homilia S. Gregorii Papae.

Ex Hom. 20. in Evang. ante medium.

DICEBAT Joannes ad turbas, quae exibat ut baptizarentur ab eo: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Ventura enim ira est animadversio ultionis extremae: quam tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad lamenta poenitentiae non recurrit. Et notandum, quod male soboles, malorum parentum actionem imitantes, genimina viperarum vocantur: quia per hoc quod bonis invident, eosque persequuntur, quod quibusdam mala retribunt, quod lusiones proximis exquirunt: quoniam in his omnibus patrum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenatis filii de venenatis parentibus nati sunt.

R. Juravi, dicit Dominus, ut ultra jam non irascar super terram: montes enim et colles suscipient justitiam meam, * Et testamentum pacis erit in Jerusalem. **P.** Juxta est

salus mea, ut veniat: et justitia mea, ut reveletur. Et testamentum.

Lectio viij.

SED quia jam peccavimus, quia usu mala consuetudinis involutisumus: dicat quid nobis faciendum sit, ut fugere a ventura ira valeamus. Sequitur: Facite ergo fructus dignos poenitentiae. In quibus verbis notandum est, quod amicus sponsi non solum fructus poenitentiae, sed dignos poenitentiae admonet esse faciendos. Aliud namque est fructu facere poenitentiae: aliud, dignum poenitentiae fructum facere. Ut enim secundum dignos poenitentiae fructus loquamur, sciendum est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic jure conceditur, ut licitis utatur: sicut pietatis opera faciat, ut tamen si voluerit, ea, quae mundi sunt, non relinquat.

R. Non discidimus a te, vivificabis nos Domine, et nomen tuum invocabimus: * Ostende nobis faciem tuam, et salvi erimus. **P.** Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ostende.

Lectio ix.

AT si quis in fornicationis culpam, vel fortasse, quod est gravius, in adulterium lapsus est:

tanto a se licita debet abscindere, quanto se meminisse et illicita perpetrasset. Neque enim par fructus boni operis esse debet, ejus qui minus, et ejus qui amplius deliquit: aut ejus qui in nullis, et ejus qui in quibusdam facinoribus cecidit, et ejus qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: Facite fructus dignos poenitentiae: uniuscujusque conscientia convenitur, ut tanto majora acquirat bonorum operum luera per poenitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam.

R. Intuemini, quantus sit iste, qui ingreditur ad salvandas gentes: ipse est Rex justitiae, * Cujus generatio non habet finem. **S.** Praecursor pro nobis ingreditur, secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in aeternum. Cujus generatio. Glória Patri. Cujus.

AD LAUDES,

et per Horas, Ant.
1. Cante tuba * in Sion, quia prope est dies Dómini: ecce veniet ad salvandum nos, allelúia, allelúia. **Psalm.** Dóminus regnavit, cum relig. 18.
2. Ecce veniet * desideratus cunctis gentibus: et replebitur glória domus Dómini, allelúia.
3. Erunt prava * in directa, et aspera in vias

planas: veni Dómine, et noli tardare, allelúia.

4. Dóminus veniet, * occurrat illi, dicentes: Magnum principium, et regni ejus non erit finis: Deus, fortis, dominator, princeps pacis, allelúia, allelúia.

5. Omnipotens sermo tuus * Dómine a regalibus sedibus veniet, allelúia.

Capitulum. 4. Cor. 4. **F**RATRES, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

Hymnus.

En clara vox redarguit Obscura quaque personans:

Procul fugentur sómnia: Ab alto Jesus promicat.

Mens jam resurgat torpida,

Non amplius jacens humi:

Sidus refúget jam novum,

Ut tollat omne nóxium.

En Agnus ad nos mittitur

Laxare gratis debíum: Omnes simul cum lacrymis

Praecémur indulgentiam.

Ut cum secundo fulserit,

Metuque mundum cinxerit,

Non pro réatu póniat, Sed nos pius tunc próte-

gat.

Virtus, honor, laus, glória

Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paráclito, In saeculorum saecula, Amen.

V. Vox clamantis in deserto: Parate viam Dómini. **R.** Rectas facie semitas ejus.

Ad Benedictus, Ant. Ave María, * grátia plena: Dóminus tecum: Benedicta tu in mulieribus, allelúia.

Nisi dicenda sit Ant. Nolite timere, vel **Ant.** Ecce completa; **ut supra.** 194.

Oratio.

Exulta, quæsumus Dómine, potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre: ut per auxilium grátia tua, quod nostra peccata prædiunt, indulgentia tua propitiatis acceleret. Qui vivis.

Ad Tertiam, Ant. Ecce veniet. **Capitulum.** Fratres, Sic nos, **ut supra.** 206.

R. br. Veni ad liberandum nos, * Dómine Deus virtutum. Veni. **V.** Ostende faciem tuam, et salvi erimus. Dómine, glória Patri. Veni ad. **V.** Timebunt gentes nomen tuum Dómine. **R.** Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam, Ant. Erunt prava.

Capitulum. 4. Cor. 4.

Min autem pro minimo est ut a vobis iudicet, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. **R.** br. Ostende nobis Dómine, * Misericórdiam tuam. Ostende. **V.** Et salutare tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Ostende. **V.** Memento nostri Dómine in beneplácito populi tui. **R.** Visita nos in salutári tuo.

Ad Nonam, Ant.

Omnipotens sermo tuus. **Capitulum.** 4. Cor. 4.

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dóminus: qui et illumínabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo.

R. br. Super te Jérusalem, * Orietur Dóminus. Super te. **V.** Et glória ejus in te videbitur. Orietur. Glória Patri. Super te. **V.** Dómine Deus virtutum converte nos. **R.** Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

Ad Vesp. Ant. de Laud. **Psal. de Dñica. Cap. Hymn.** et **V.** ut in j. Vesp. 204.

Ad Magnificat, Ant. O. Post Vesp. diel Vesp. Defuncti.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitat. et **Hymnus Dñice præc.** 202. **Ant.** et **Psalmi de Psalterio.**

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 41. b.

Et tu Israel serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terre, et a longinquis ejus vocavi te, et dixi tibi: servus meus es, et tibi elegi te, et non abjeci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justi mei.

¶. Canite, ut in j. Noct. Dñice præcedentis. 205.

Lectio ij.

Ecce confundentur et erubescunt omnes, qui pugnant adversum te: erunt quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quæres eos, et non invenies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint, et veluti consumptio, homines bellantes adversum te. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adjuvi te.

¶. Non auferetur. 205.

Lectio iij.

Noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus: et redemptor tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi plastrum triturans novum, habens rostra serantia: triturabis montes,

et comminues, et colles quasi pulverem pones. Ventilabis eos, et ventus tollet, et turbo disperget eos: et tu exultabis in Domino, in sancto Israel letaberis.

¶. Me oportet. 205.

¶. Ad Laudes et per Horas, Añæ secundum superiorem Rubricam. 102. Capitulum. Isaie 2.

Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exhibit lex, et verbum Domini de Jerusalem.

Hymnus. En clara vox,

et y. Vox clamantis. 206.

¶. Ad Benedictus, Añæ.

Dicit Dominus: * Pœnitentiam agite: appropinquant enim regnum cælorum, alleluia.

Nisi dicenda sit Añæ. Nolite timere, vel Añæ. Ecce completa. 194.

Deinde Preces.

Oratio. Excita, quæsumus, ut 207.

Hodie Officium Defunct.

Ad Vesperas, Añæ et

Psalmi de Psalterio. 135.

Capitulum. Genes. 49. b.

Non auferetur sceptrum de femore ejus, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: et ipse erit expectatio Gentium.

Hymnus. Creator alme, et y. Rorate, ut 204.

Ad Magnificat, Añæ. O.

Deinde Preces. 157.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 42.

Ecce servus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus profert. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Calamum quassatum non contoret, et linum fumigans non extinguet: in veritate edicet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: et legem ejus insula expectabunt.

¶. Nascetur, ut in ij. Noct. Dñice præc. 204.

Lectio ij.

Hæc dicit Dominus Deus creans caelos, et extendens eos: firmans terram, et quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui est super eam, et spiritum calcantibus eam. Ego Dominus vocavi te in iustitia, et apprehendi manum tuam, et servavi te. Et dedi te in foedus populi, in lucem Gentium: ut aperires oculos caecorum, et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.

¶. Ecce jam venit. 204.

PARS HIEMALIS.

Lectio iij.

CANTATE Domino cantum novum, laus ejus ab extremis terra: qui descendit in mare, et plenitudo ejus, insula, et habitatores earum. Sublevetur desertum, et civitates ejus: in domibus habitabit Cedar; laudate habitatores petre, de vertice montium clamabunt. Ponent Domino gloriam, et laudem ejus in insulis nuntiabunt. Dominus sicut fortis egredietur; sicut vir præliator suscitabit velum: vociferabitur, et clamabit: super inimicos suos confortabitur.

¶. Virgo Israel. 204.

¶. Ad Benedictus, Añæ.

Consurge, consurge: * induere fortitudinem, brachium Domini.

Nisi dicenda sit Añæ. Nolite timere, vel Añæ. Ecce completa. 194.

¶. Ad Magnificat, Añæ. O.

FERIA QUARTA.

De Isaia Propheta.

Lectio i. Cap. 51.

Averte me, qui sequimini quod justum est, et attendite ad petram unde excisi estis, et ad cavernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram quam peperit vos: quia unum vocavi eum, et benedixi ei, et multiplicavi eum. Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur